¶ Sed ista rñsio pncipium petit non enim plus dic ni si q predicatum appellat formam in, ppositione i qua appellat ⁊ non appellat in, ppositione in qua non ap pellat. ⁊ non assignat rōnem diuersitatis. ¶ Ideo con cluditur q non omni, ppositioni de preterito vere corre spondet aut correspondere potest vna: aut plures de p̄ senti vera vel vere. neq3 omnis vera de pñti reqrit vnā veram de preterito. ¶ S3 vbi, ppositiones de pñti fue rint vere ⁊ de terminis simplicibus, p vna ⁊ simplici re supponentibus q̄ pro aliquo instanti erit aut fuerit. ibi, ppositio de presenti vera reqrit vnam de preterito ve ram. ¶ Etiā, ppositioni de preterito consimili modo vere corrñdere poterit vna de pñti vera. ¶ Et ita dici tur etiā de illis de futuro suo modo. ¶ Sed adhuc da to q cuilib3, ppositioni de futuro possit correspondere, ppositio de presenti. ⁊ datis illis regulis generalib9 illi quesitam materiam non determinant. neq3 sic dicētes tractant de appellatione termini. ¶ Item datis suis re gulis sic oppinantes non conseqnter respondent negā tes tales, ppositiōes. deus erit cras. aliquid fuit heri. q2 o. atis regulis illis isti de futuro de9 erit cras non oport3 corrñdere illam hoc est cras demonstrando deum. q2 non oportet q seruetur nisi predicatum in, ppria forma vt ipsimet concedunt. sed ly cras non est predicatum: ne q3 pars predicati. ideo non oportet qd̄ seruetur ly cras in, ppria forma in correspondente de presenti: sed sicut mutatur copula. ita debet mutari sua determinatio: ⁊ tē correspondebit. ista illi de futuro hoc ē nunc demōstrā do deum. ¶ Item arguitur q si hec est neganda deus erit cras. etiā ista est neganda. cras erit deus. q2 si ista esset concedenda maxime concederetur, ppter tale ar gumentum: tunc deus erit: ⁊ tunc est vel erit cras. igitur cras deus erit. ¶ Sed patet q minor est falsa apud sic oppinantes siue sit de disiunctiua copula. siue capiatur simpliciter de futuro. Et ideo dī cōcedēdo tales. cras deus erit ⁊ de9 erit cras. q2 vbicūq̄ ponatur ly cras an te. in medio aut post. tenet se cum verbo vel participio. q2 aduerbium est verbi: aut participij adiectiuum. ideo sic oppinantes sicut vnam concedunt habēt vtrāq3 cō cedere. Et si forte arguitur q iste sunt false: q2 sequitur tu eris cras. igitur tu eris crastina die. tu cras eris. igit tu crastina die eris. heri fuisti igitur hesterna die fuisti. negatur quelibet istarum consequtiarum. q2 nec crasti na dies erit: neq3 crastina dies potest eē.

Ideo de appellatione aliter dicimus sentientes q terminum aliquem appellare formam est ipsum significare suum formale significatum respe ctu alicuius verbi precedentis vel participij quod de notat illum terminum verificari, p materiali significa to formali coniuncto, p tempore ipsiusmet verbi. vn de in ista, ppositiōe. tu vidisti album: ly album appellat suam formam. ⁊ hoc non hab3 a se vt appellet: s3 ver bum facit illum terminum suā formam appellare de notando q tu vidisti rem que erat alba, p tempore pro quo tu vidisti. vnde iste termin9 album significat suum formale significatum extra, ppositionem non tamē ap pellat formam extra, ppositionem. q2 appellatio nō est simpliciter termini significatio formalis: sed est signifi catio respectu verbi vel participij denotantis istū ter minum verificari, p tempore ipsiusmet verbi vel parti cipij non solum, p significato materiali simpliciter. sed, p matiali coniuncto formali. Ex quib9 sequitur q ista, ppositio tu vidisti albū non significat solum quod tu vi disti aliquid quod fuit albū: sed significat quod tu vidi sti aliquid quod fuit album pro tempore pro quo tu vi disti ipsum.

Sed dubium inciditur vtrum subiectum, p positionis aliquando ap pellet formam. ⁊ arguitur q sic. q2 in ista, ppōne vide batur album. ly albū appellat formā. ⁊ est sub3. igit ⁊c. Secūdo sic in ista, ppositione, pmittitur dnarius ab ali quo ly denarius appellat formā: ⁊ non solum formā: s3 rōne. igit ⁊c. ¶ Tertio sic sub3 aliquādo appellat rō nem. igit ⁊ formam p3 ɔña. q2 non est appellatio rōnis nisi sit appellatio forme ⁊ antecedēs p3 de talibus co gnoscitur for. intelligitur rosa.

Ideo dī q subm aliqndo appellat formam. et hoc est quādo postponitur verbo vel pti cipio. ⁊ ita ēt aliquando predicatum non appellat for mam quando anteponitur verbo aut participio saltē respectu istius verbi: aut participij. quia nullus termi nus appellat formam respectu verbi. aut participij se quentis. vnde in illa. album videbit nigrum. ly nigrum appellat formam respectu illius verbi videbit. quia ista propositio album videbit nigrum. denotat q al bum videbit rem cui erit iniuncta nigredo reddens. istam rem nigram pro tempore: pro quo album vi debit istam rem subiectum: aut non appellat formam

respectu istius verbi videbit sed respectu verbi substantiui istius temporis cuius est verbum a quo accipit suppositionem. vnde illa. album videbit nigrum significat ꝙ illud quod erit albū videbit nigrum pro tempore pro quo erit nigrum. ⁊ ideo illa propositio. albuꝫ videbit nigrum pro pluribus verificari potest ex parte illius termini album q̃ꝫ ex parte illius termini nigrum ⁊ causa est quia terminus precedens hoc verbum videbit supponit virtualiter respectu verbi substantiui de futuro qđ patet resoluendo. album erit videns nigruꝫ. eandem enim vim habent alia verba adiectiua a parte ante sicut verba substantiua eiusdem temporis cuius sunt illa q̃uis non liceat resoluere omnia in sua participia propter penuriam vocabulorum non conuertibiliter significantium. li nigrum aūt supponit respectu verbi adiectiui vel participij adiectiui: ideo illa propositio significat ꝙ illud qđ erit album videbit nigrum. nō simpliciter qđ erit nigrum. sed qđ erit nigrum pro tempore pro quo videbitur. ¶ Aliud dubium vtrum sit illa vera in. a. istāti. sor. erit aliquod album posito ꝙ in. a. instanti sor. erit niger. sed post. a. erit albus. ⁊ arguitur ꝙ sic. quia in. a. instanti sor. erit aliquid ꝙ erit album. igit̃ sor. in. a. instanti erit aliquod albuꝫ. ¶ Item in. a. instāti sor. erit hoc demonstrato sor. ⁊ hoc erit aliquod albuꝫ igitur in. a. instanti sor. erit aliquod album. patet consequentia. quia li albū solū supponit pro eo qđ erit albuꝫ.

Oppositum tñ arguit̃ qꝛ in. a. instanti sor. erit aliquod nigrū: igit̃ pro tūc nō erit aliqđ albū. patet cōsequētia qꝛ aliter sequeretur ꝙ pro eadē mēsura tēporis adequate ⁊ pro eodē instāti. erit sor. aliquod albū. ⁊ aliquod nigrū.

Ideo dicit̃ ad dubiū ipsum negādo posito illo casu. ⁊ causa est qꝛ illud verbū erit est determinatū per li. a. istāti. ⁊ ideo nō trāsit cū sua determinatione nisi in alba que erūt in. a. instāti. ⁊ est sensus ꝙ in. a. instāti sor. erit aliquid qđ erit albū in. a. instāti. Et si forte cōtra illud arguit̃ qꝛ per idē illa in. a. instāti tu eris homo. significaret ꝙ in. a. instāti tu eris homo qui erit homo in. a. instāti. ⁊ per idē illa. in. a. instāti tu eris ois homo. significaret ꝙ in. a. instāti tu eris ois homo qui erit in. a. instāti. ⁊ ēt sequit̃ posito ꝙ solus eris homo p istā horā ꝙ illa erit vera. per istā horam tu eris ois homo. ⁊ tūc sequit̃ ꝙ eris ois homo. sequit̃ eniꝫ aliquādo tu eris ois homo: igit̃ tu eris ois homo. cōsequēs falsum est qꝛ sequitur tu eris ois homo. añxp̄s erit homo igit̃ tu eris añxp̄s cōsequētia patet qꝛ ex opposito sequit̃ oppositū qꝛ si nō eris ois homo: neqꝫ per tēpus: neqꝫ per instans eris ois homo ⁊ per consequens nunq̃ꝫ eris ois homo. ¶ Et sequit̃ tūc ꝙ per totā istā horā erit ita ꝙ tu incipis esse ois homo ⁊ erit ita ꝙ tu desinis esse ois homo. qꝛ cōtinue erit ita ꝙ in dato instāti tu es omnis homo ⁊ nō imediate ante datū instās tu fuisti ois homo ⁊ nō immediate post datum instās tu eris omnis homo. qꝛ nō immediate post illud instans eris omnis homo qui erit neqꝫ immediate ante instans illud fuisti omnis homo qui fuit. ¶ Itē dato isto sequitur ꝙ tu differs ab asino quia in. a. hora differs ab asino. igitur differs ab asino consequentia patet vt prius ⁊ consequens falsum. quia sequitur. tu differs ab asino: sꝫ brunellus erit asinus. igitur tu differs a brunello. ꝯñs falsuꝫ qꝛ iste nunq̃ꝫ erit simul tecū vt ponit̃. ¶ Sed ad illa dꝛ negato dubio ꝯcedēdo ꝙ illa. i. a. istāti tu eris hō significat ꝙ i. a. istāti tu eris hō qui erit in. a. instanti ⁊ ꝯñter conceditur alia ibidem adducta: scilicet ꝙ tu eris omnis homo per totā istam horam ⁊ etiam ꝙ tu per totam istam horam eris omnis homo: ⁊ hoc supposito casu ibidem posito. ⁊ vlterius etiam conceditur per idem ꝙ tu eris omnis homo qui erit vnq̃ꝫ quia in. a. instanti tu eris omnis homo qui erit vnq̃ꝫ. quoniam illud relatiuum capit suppositionē a suo antecedente limitato vel verificato pro certa differentia temporis: hoc tamen conceditur posito ꝙ a. sit instās illius hore per quā tu solus eris homo sicut ibidem in casu quodam positum est. Et cum arguitur tu eris omnis homo. antichristus erit homo: igitur tu eris antichristus. negatur consequentia: ibi eniꝫ non arguitur a superiori distributo cum debita constantia vnde antecedens habet multas causas veritatis disiunctiue. puta tales: tunc tu eris omnis homo. vel tunc tu eris omnis homo ⁊c̃. demonstrando tempus vel instans. ⁊ ideo si debeat argui a superiori ad suum inferius oportet capere constantiam illius temporis pro quo tu eris omnis homo sic arguendo: tu eris omnis homo ⁊ pro eadem mēsura adequate pro qua tu eris omnis homo antichristus erit hō. igit̃ tu eris antichristus. ¶ Et quādo vlterius infertur ꝙ per totam istam horam erit ita ꝙ tu incipis esse omnis homo. ⁊ erit ita ꝙ desinis esse omnis homo. negatur consequentia. ⁊ ad probationeꝫ cum arguitur ꝙ quocunqꝫ instanti dato istius hore erit ita ꝙ pro tunc tu eris omnis homo. ⁊ non immediate ante illud instans fuisti omnis homo. Dicitur negādo minorem quia immediate ante illud instans fuisti ois homo. posito ꝙ simus in medio instanti hore per quaꝫ tu solus eris homo: ⁊ etiam immediate post hoc tu eris omnis homo demonstrato eodem instanti quia iste nō plus significant nisi ꝙ imediate post hoc tu eris omnis homo qui immediate post hoc erit ⁊ imediate ante hoc fuisti omnis homo qui immediate ante hoc fuit. Similiter hec. immediate post hoc aliquod album erit sor. significat ꝙ immediate post hoc aliquod album erit sor. qđ immediate post hoc erit. Ista etiaꝫ. cras album erit nigruꝫ. significat ꝙ album qđ erit cras erit nigrū cras. ¶ Semper enim aduerbium refertur ad verbum vel participium vbicunqꝫ in propositione situetur. ⁊ cum vlterius infertur ꝙ tu differs ab asino. dicitur concedēdo ⁊ respondendo vt prius ⁊c̃. Ex quibus patet non esse differentiam quo ad veritatem aut falsitatem inter illas propositiones. nunc necessario deus est ⁊ deus necessario est nunc. tunc anima antichristi necessario erit. ⁊ anima antichristi necessario erit. tūc in. a. instanti necessario ista anima fuit ⁊ ista anima necessario fuit in. a. instanti: ⁊ causa est quia aduerbium vbicunqꝫ in propositione situetur semper idem determinat ⁊ eandem vim habet. Et si arguitur forte ꝙ ista sit vera. nunc necessario deus est: quia nunc deus est. ⁊ nunc non potest non eē. igitur ⁊c̃. negatur consequentia. neqꝫ ista sic exponitur quia li nunc debet determinare li esse in secunda exponente sicut determinat li est in antecedente non lꝫ necessario.



Erba significantia actuȝ mē
tis vt scio cognosco itel
ligo ⁊c̄. denotant cognitionem rerū
significatarum a terminis sequenti
bus ipsa verba per cōceptum vel cō
ceptus sinonimos cum illis termis
sequentibus ista verba: ⁊ hoc i recto
vl' in obliquo. vnde ista ꝓpositio. tu
cognoscis sor. significat ꝙ tu cognoscis sor. ꝑ hūc conce
ptum sor. in recto vel in obliquo. similiter tu scis sor. cur
rere. significat ꝙ tu scis sor. currere per cōceptus quibꝰ
subordinatur ista ꝓpositio vocalis sor. currit. Ex quibꝰ
pȝ tales consequentias non valere: tu scis te esse hoiem
igr̄ tu scis te eē animal. consequēs. n. significat ꝙ tu scis
te esse animal ea rōne qua aīal. i. conceptu ꝓprio quo
itelligitur vel significatur aīal. mō stat ꝙ nō habeas istū
conceptum aīal. iō non seqtur tu scis te eē hoieȝ. igitur
tu scis te eē animal. Ex qbꝰ ēt secūdo pȝ tales ꝯñas nō
valere. iste terminꝰ homo significat hoiem. igit̄ signifi
cat aīal. imo ille terminꝰ homo non significat aliqd lȝ i
finitos hoies significet. Similiter non seqtur. hec ꝓposi
tio sor. currit significat sor. currere. ⁊ sor. currere ē aliqd.
igit̄ hec ꝓpositio significat aliquid. nihil eniȝ significat
aliqd nisi iste terminꝰ aliqd: ⁊ nulla ꝓpō significat aliq̄
liter eē nisi illa aliq̄liter est. neqȝ aliqd significat aliquid
eē nisi ista aliquid ē.

Sed forte ꝯ̄ dicta arguit̄. ⁊ pꝛio ꝓbando ꝙ iste ter
minus hō significat aīal. qꝛ iste terminꝰ hō si
gnificat hoiem. ⁊ omnis homo itelligitur eē animal vt
pono. igitur significat aīal. tȝ cōseqntia: qꝛ ly significat
ad oē quod intelligitur se extendit. Secūdo sic. qꝛ seqtur
ꝙ deꝰ non cognosceret hoiem: qꝛ per nullū conceptū co
gnoscit hoiem cū ipe deꝰ ꝑ nullā itentionē ab eo sepataȝ
itelligat hoiem. Tertio seqt̄ ꝙ tales ꝯñtie mētales eēnt
bone. sor. cognoscis. igit̄ cognoscis sor. hoiem cognoscis
igit̄ cognoscis ho iem. ꝯñs tñ est falsum ⁊ ꝯña ꝓbat̄. qa
si ista ꝓpō mētal' sit vā. sor. cognoscis. seqt̄ ꝙ sor. cogno
scis per istum conceptum sortem vel sortes: sȝ cum ista
non plus significet. tu cognoscis sortem. nisi ꝙ tu cogno
scis aliquid ꝑ conceptum talem sor. sequitur ꝙ illud cō
sequens nunq̄ȝ est falsum illo antecedēte existente vero.
¶ Sed forte dicit̄ ꝙ iste consequentie mentales sunt bo
ne. Sed cōtra qa tunc cōsequētie vocales illis subordi
nate forēt bone. puta iste. sor. cognoscis. igitur cognoscis
sor. patrem tuum cognoscis igitur cognoscis patreȝ tu
um. que tamen non valēt. Sed ad pꝛimū dicit̄ negatio
cōsequentiā. iste terminus homo significat hoiem ⁊ oīs
homo intelligit̄ esse aīal. igit̄ significat aīal. qꝛ lȝ vis isti
us termini significat vsqȝ in rē que nō est: trāseat: non tñ
trāsit nisi ex cōceptu iā habito: ⁊ ista ꝓpositio iste termi
nus homo significat aīal. significat ꝙ iste terminus ho
mo rē que pōt itelligi eē aīal dat cognoscere per talē cō
ceptū aīal. qd̄ est falsuȝ. licet. n. li. significat aut li itelligo
vim suā extēdat quo ad esse rei intellecte per cōceptum
aliquē: nō tamē extēdit se quo ad cōceptus per quos de
notatur rē intelligi: sed istos esse pꝛesupponit. ¶ Ad ali
ud cum isertur ꝙ deus nō cognoscit hominē. negat̄ cō
sequētia. ⁊ cū ar̄ ꝙ si deus cognoscit hominē ipe cogno
scit hominē per talē conceptū homo. dicit̄ negando cō
sequentiā. dicitur enim ꝙ illud dictū superius intelligē
dū est sic ꝙ illa ꝓpositio. deus cognoscit hoiem signifi
cat ꝙ deus cognoscit hominē per talē cōceptū homo vl'
per aliqd sibi equiualēs. puta seipsum. ipse enim est vl'is
intentio omnium rerum: ideo ista consequentia de deo
valet. deꝰ sor. cognoscit. igitur deꝰ cognoscit sor. hominē
deꝰ cognoscit. igit̄ deꝰ cognoscit hoieȝ. ¶ Ad t̄tiū cū in
fert̄ ꝙ tales ꝯñtie mētales eēnt bone. sor. cognoscis. igit̄
cognoscis sor. hoiem cognoscis. igit̄ cognoscis hoiem.
Dicitur concedendo consequentiam sicut ꝓbat argu
mētum: ⁊ sequitur etiam ex dictis. ¶ Et cum arguitur
ꝙ nō. qꝛ ēt tales vocales valerēt. hoiem tu cognoscis. igi
tur cognoscis hoieȝ. albū cognoscis: igit̄ cognoscis al
bum dr̄ negando consequētiam.

Sed dubium icidit vtꝝ hec sit vera tu co
gnoscis sor. sic significādo
posito ꝙ sor. sit corā te de quo sufficiēter aduertas ⁊ suf
ficientē habeas noticiā singularē hoc excepto ꝙ nescias
illū vocari sor. ⁊ arguitur ꝙ sic ꝑmo: qꝛ si vltra cognitio
neȝ quā habes de sor. cognosceres ꝙ vocaretur sor. cum
alijs ꝑtibꝰ ista foret vera tu cognoscis sor. sȝ ꝓpter incipe
te scire illū vocari sor. non efficitur vera hec. tu cogno
scis sor. igitur seqt̄ ꝙ illa ē vera absqȝ hoc ꝙ scias illuȝ
vocari sor. pȝ ꝯña ⁊ minoꝛ. qꝛ si i dato casu efficeret̄ ve
ra hoc esseȝ. qꝛ iste terminꝰ sor. significaret tñ q̄ȝtū vocatū
sor. quod ē falsum. qꝛ tūc seqtur ꝙ iste hō cras non erit
sor. demōstrato sor. posito ꝙ cras non erit vocatus sor.
⁊ posset tūc sor. icipe. eē sor. ⁊ desinere eē sor. ipo nō desi
nente eē hoie. ⁊ per ꝯñs tales t̄mini homo asinus: signi
ficant tñ q̄ȝtum vocatum hō ⁊ vocatum asinus. ⁊ tūc
seqtur ꝙ nullus termius foret mere substantialis: que
omnia sunt falsa. igitur iste terminus sor. non subordi
natur illi complexo vocatum sor. ¶ Secūdo ad dubiuȝ
arguit̄ sic. ponatur platonem scire ꝑ oīa de sor. sicut po
situm est te scire: ⁊ vltra hoc ponatur ꝙ ipse sciat ꝙ vo
cet̄ sor. tūc plato scit ꝙ iste est sor. demōstrādo sortem. ⁊
cognoscit sor. sed oēm noticiam quā habet plato de sor.
habes tu pꝛeter hoc ꝙ tu nescis istū vocari sor. igit̄ seq
tur ꝙ tu scis istū esse sor. ⁊ cognoscis ipsuȝ esse sor. in da
to casu. sicut plato scit cum illa particula non videt̄ tol
lere quin scias sicut plato. ¶ Tertio dato opposito du
bij sequitur nō esse possibile te scire istū esse sor. nisi sci
res istum vocari sor.

Oppositum tamē arguitur. qꝛ si tu cogno
scis sor. in dato casu sequit̄ cuȝ
aliis positis ꝙ tu scis ꝙ iste ē sor. sicut plato scit. Ad par
tem tñ negatiuā dubij arguit̄. qꝛ tu dubitas hoc eē sor.
igit̄ nō scis hoc esse sor. patet cōsequētia ⁊ añs arguitur
qꝛ i dato casu. hec est tibi dubia hoc est sor. quā adequa
te scis significare hoc esse sor. igitur tu dubitas hoc esse
sor. ¶ Pro huius dubij solutione supponuntur aliqua.
¶ Primo ꝙ iste terminus mentalis sor. naturaliter si
gnificat sortē. ¶ Scd̄o ꝑmittit̄ ꝙ nō pōt eē ꝙ iste termi
nus sor. sit in mēte quin significet sor. ⁊ per cōsequēs qn
per ipsū appꝛehēdat̄ sor. pȝ ꝑma ps qꝛ iste terminꝰ natu
raliter significat. ⁊ secūda patet. qꝛ significare est potētie
cognitiue naturaliter operāti aliquid vel aliqua vel ali
qualiter repꝛesentarē. ¶ Tertio ꝙ oīs intentio alicuius
rei in intellectu existens est noticia incomplexa eiusdem

rei patet. qꝛ nulla potest poni rationabiliter noticia rei incomplexa nisi ꝯceptus. ¶ Quarto istis adiũgitur ꝙ iste terminus soꝛ. vocalis vel scriptus est singulis ⁊ non subordinatur huic cõplexo vocatũ soꝛ. qꝛ tunc per ideꝫ ille terminus homo subordinaret᷑ huic cõplexo vocatũ homo. patet cõsequẽtia. ⁊ cõsequẽs est falsum. qꝛ tamẽ nullus terminus vocalis vel scriptus foret mere substã tialis sequitur etiã ꝙ talis ꝓpositio nõ foret ĩpossibilis homo est asinus. homo ẽ albedo. qꝛ significarẽt. ꝙ homo est vocatus asinus. ⁊ ꝙ homo est vocatus albedo. quoꝝ quodlibet est possibile. Quinto supponitur. ꝙ iste terminus singularis soꝛ. vocalis vel scriptus nõ subordinatur huic complexo ille homo huius coloris ⁊ tante q̃ꝫtitatis ⁊ in tali situ. ⁊ sic de alijs conditionibus patet illud. qꝛ aliter sequitur ꝙ soꝛte non desinente esse homine ipse desineret esse soꝛ. ⁊ ꝙ soꝛ. erit homo quando ipse non erit soꝛ. cõsequẽs falsum. ⁊ cõsequentia arguit᷑. qꝛ soꝛ. erit homo quãdo nõ erit. iste homo huius coloris in hoc situ ⁊ cum tãta q̃ꝫtitate ⁊c̃. ideo aliquãdo nõ erit soꝛ. quãdo erit homo. tenet cõsequẽtia per responsionẽ. Et per idẽ etiã patet. ꝙ iste terminus homo non subordinat᷑ tali cõplexo. tale quale ẽ homo. vel huic simile homini. patet illud. qꝛ tũc talis ꝓpositio mẽtalis. asinus est homo. aut stannũ est argentũ ⁊ similes forent possibiles. qꝛ iste non plus significarẽt nisi ꝙ asinus est talis qualis est homo. ⁊ stannũ est tale quale est argẽtũ ⁊ tũc seqtur hoc ꝯcesso ꝙ iste terminus homo nõ foret species specialissima. qꝛ predicaretur vere ⁊ affirmatiue de pluribus specie differẽtibus. ¶ Per idẽ etiã. iste terminus soꝛ. mẽtalis non foret singularis. qꝛ posset p̄dicari de soꝛ. ⁊ pluribus sibi similibus. Et sequitur vltra ꝙ nulla ꝓpositio mẽtalis potest eẽ singularis. imo etiã sequitur ꝙ nulli forẽt termini substantiales que oĩa ĩconueniẽtia videtur. ¶ Ideo est ꝯcludendum ꝙ tales termini soꝛ. plato mere substãtiales sunt ⁊ subordinant᷑ ꝯceptibus mere substãtialibus nullã. similitudinẽ extrĩseam ⁊ accidentalẽ connotantibus similiter iste terminus homo subordinatur vni ꝯceptui simplici substantiali qui significat. tantũ q̃ꝫtum hoc cõplexum animal rationale. non tamen subordinatur illi complexo. ⁊ sic de alijs. ¶ Et per ista dicitur ad dubiũ ipsum concedẽdo. qꝛ cum iste terminus soꝛ. non subordinet᷑ conceptui connotanti vocationẽ sequitur ꝙ possibile est te cognoscere soꝛ. absqꝫ hoc ꝙ scias quis sit vocatus soꝛ. qꝛ ista propositio tu cognoscis soꝛ. non plus significat nisi ꝙ tu cognoscis illũ qui est soꝛ. per intentionẽ seu noticiam que est iste terminus mẽtalis soꝛ. vel cui subordinat᷑ talis terminus vocalis aut scriptus soꝛ. ¶ Et ad argumentũ in oppositũ cum arguitur. ꝙ illa est tibi dubia in illo casu. hoc ẽ soꝛ. quã adeq̃te scis significare hoc eẽ soꝛ. igit᷑ ⁊c̃. dicit᷑ negando añs. nõ. n. scis illã significare hoc eẽ soꝛ. qꝛ non ĩtelligis p̄dicatũ eius posito ꝙ iste terminus sit singularis ⁊ substãtialis: qꝛ nihil scis ip̄ꝫ significare nisi forte caperet᷑ ly soꝛ. pro homine vocato tali noĩe sicut sepe vtimur terminis eis abutẽdo cũ dicimꝰ ꝙ scimus adã fuisse ⁊ antichristũ fore. ⁊ sicut dicimus scire fenicẽ fore. ⁊ tamen forte nõ habemus ꝯceptũ singularẽ ⁊ substãtialẽ cui talis terminus adã vel antixp̄s subordinatur dum illi termini vocales sunt singulares ⁊ substantiales lꝫ possumus illum habere: sed frequenter per tales terminos vocales ĩtelligimus res sic vocatas puta per istũ terminũ antixp̄s ĩtelligimus hominẽ vocatũ illo noĩe antixp̄s. per istũ terminũ fenix ĩtelligimus animal vocatũ tali nomine aut aliq̄d huiusmodi. ⁊ tũc sic app̄hendẽti nõ sunt tales termini mere substantiales. neqꝫ singulares. In dicto igit᷑ casu ista ꝓpositio hoc est soꝛ. nõ est ĩtellecta a te habito ꝙ iste terminus sit singulis. qꝛ iste terminus vocalis soꝛ. non tibi significat soꝛ. neqꝫ ĩducit te in noticiã soꝛ. Ex p̄dictis pꝫ istã ꝯñaꝫ valere tu scis soꝛ. eẽ soꝛ. igit᷑ tu cognoscis soꝛ. tu scis chymerã posse ĩtelligi. igit᷑ tu cognoscis chymerã. pꝫ ꝯña. qꝛ notitia cõplexa p̄supponit notitiã incõplexã. ¶ Iteꝫ nõ potes scire hoc eẽ soꝛ. nisi habeas in mẽte talẽ ꝓpositionẽ hoc est soꝛ. ⁊ ista nõ põt esse in mente nisi sit eius p̄dicatũ in mẽte ⁊ illud p̄dicatũ nõ põt esse in mente nisi significat soꝛ. vt pꝫ ex p̄ma ⁊ scd̃a suppositione.

Ultimum dubium vtꝝ posito ꝙ cognoscas tulliũ ⁊ nescias ip̄m vocari ciceronẽ vel marcũ cognoscas etiã ciceronẽ existẽtibus illis noĩbus sinonimis. Ad q̄d dicit᷑ ꝙ tu cognoscis marcuꝫ tulliũ ⁊ ciceronem. qꝛ sinonima vocalia vel scripta eidẽ ꝯceptui subordinãtur. lꝫ nõ sit ita de ꝯuertibilibus distĩctis a sinonimis. vnde nullus terminꝰ vocalis aut scriptus significat alicui homini nisi iste terminus subordinet᷑ eidẽ homini alicui cõceptui secum cõuertibili ⁊ sinonimo ⁊ hoc vt terminus est. ⁊ per hoc etiã patet ꝙ nullus terminus vocalis vel scriptus vt terminus ĩtelligit᷑ ab homine nisi iste subordinet᷑ vni termino secũ sinonimo. ¶ Sed forte ꝯtra id q̄d superius dĩ. s. ꝙ talis terminus soꝛ. nõ subordinat᷑ cõceptui significanti. tantũ q̃ꝫtũ hoc cõplexum. simile soꝛti. sic arguit᷑. posito ꝙ soꝛ. sit corã te de quo habeas ꝯceptũ cui subordinat᷑ iste terminus vocalis. soꝛ. tũc te diuerso ad aliq̄ꝫ partẽ ponatur in eodẽ situ plato remoto soꝛ. te nõ percipiẽte mutationẽ aliq̄ꝫ: ⁊ seqtur ꝙ te ꝯuerso ad platonẽ iste cõceptꝰ soꝛ. in mẽte tua vtrũqꝫ istoꝝ significat. similiter ⁊ iste cõceptꝰ plato. qꝛ quarũcũqꝫ ĩtentionũ omnino similiũ vel oĩno siles res significãtiũ qcq̄d significat vna significat alia: sed vna earum significat soꝛ. igitur ⁊ alia significat soꝛ. ⁊ ecõtra. Ideo dicitur admisso casu negãdo maiorem. s. quarũcũqꝫ ĩtentionũ omnino similiũ vel oĩno similes res significãtiũ quicquid significat vna significat alia ad bonũ inttellectũ: sed veꝝ est ꝙ quarũcũqꝫ duaꝝ ĩtentionũ omnino similiũ qualecũqꝫ significat vna significat alia. Unde iste terminus soꝛ. talẽ reꝫ significat qualis est plato. non tamen illud significat q̄d ẽ plato. q̃ꝫuis sic appareat. neqꝫ est miꝝ si decipimur in illis cõceptibus putãdo ꝙ sint conuertibiles cum simus decepti in rebꝰ ab illis significatis ⁊ nobis sensatis. vnde nõ est imaginandũ ꝙ termini mẽtales substãtiales sua significata significẽt propter eoꝝ similitudinẽ extrinsecã. vnde iste terminus mẽtalis substãtia significat rem diuisibilẽ ⁊ incorporeã que nullã similitudinẽ extrĩsecam adinuicẽ habent ab aliquo sensu perceptibilem. ¶ Ita etiã iste terminus mẽtalis ens omnia entia vnica ĩtẽtione significat ⁊ nõ ꝓpter omniũ entiũ similitudinem extrinsecam perspectam aut a sensu perceptam.

¶ Explicit capitulum de appellationibus.

¶ Incipit capl'm de ꝓbatione ꝓpõnis vniuersalis.



PRopositio vniuersalis affirmatiua nõ exceptiua cuius p̃mus termin⁹ ẽ ly ois aut secũ ꝯuertibilis ex cõpositione primaria suoꝝ t̃minoꝝ significãs hꝫ exponi per copulatiuã cuius p̃ma pars est idefinita vel particularis illius vl'is. ⁊ scõa pars est vl'is negatiua cui⁹ subm est sinoimꝫ cũ termino distributo per illud signũ vl'e. p̃dicatũ autẽ est oppositũ ꝯdictorie p̃dicato eiusdeꝫ ꝓpositionis vl'is. Et vꝫ ꝯña ab ista exposita ad istã copulatiuã ⁊ ad q̃zlibet eius parteꝫ p̃ncipalem. Et ecõuerso ab ista copulatiua ad illã expositã vꝫ argumentũ de forma. non tñ vꝫ ꝯña a q̃libet parte isti⁹ copulatiue p̃ncipali ad illã expositã. Et ꝓpt̃ hoc valet argumẽtũ. aial currit. ⁊ nullũ est aial nõ currẽs. igit̃ omne aial currit. Sed non ois vniuersalis hꝫ ꝓbari per idefinitã vel particularẽ suã ⁊ vniuersalẽ negatiuã. vt pꝫ de istis. icipit ois homo eẽ sor. in hoc istãti tm̃ ois sol lucet. totus sor. est minor sor. Et sicut dr̃ de ly ois ita dr̃ de ly vterqꝫ q̃libet ⁊c̃. vt alter hõ currit. ⁊ nõ est alter hõ nõ currẽs. igit̃ vterqꝫ hõ currit. Sil'r de futuro aliqs hõ curret. ⁊ nullus erit hõ non currẽs. igitur q̃libꝫ hõ curret. Et nõ debet sumi illa minor sic. nullus est vel erit homo nõ currẽs. vt ante dcm̃ est. Ex q̃bus pꝫ istã eẽ falsam. vterqꝫ hõ currit. posito ꝙ duo hoies currãt ⁊ alij q̃escant. qꝛ eius ꝯdictoria est vera. alter hõ nõ currit. qꝛ alter aliquoꝝ hoium non currit. ideo vna eius exponẽs ẽ falsa. s. nõ est alter hõ nõ currẽs. ¶ Iteꝫ seq̃t̃ vterqꝫ hõ currit. sed q̃libet hõ est alter hõ. igitur q̃libet hõ currit. ⁊ minor ẽ vera. qꝛ q̃libet hõ est alter hõ aliquoꝝ hoiuꝫ. Ex q̃bus patet vlterius illã ꝯñaꝫ eẽ bonã. vterqꝫ homo currit. igit̃ q̃libet hõ currit. sed nõ ecõtra. qꝛ vnico hoie exñte añs est veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. qꝛ ex ꝯñte seq̃tur ꝙ alter hõ currit. ⁊ seq̃tur. alter hõ currit. igit̃ duo hoies sunt. ꝯña pꝫ. ⁊ ꝯñs est ꝯtra casum. Seq̃tur etiã istã eẽ ipossibilẽ. vtrũqꝫ oculũ habẽdo tu potes videre. qꝛ eius ꝯdictoria est vera. s. alteꝝ oculũ habẽdo tu non potes videre. qꝛ alteꝝ oculũ duoꝝ oculoꝝ puta equi habẽdo tu nõ potes videre. ⁊ alteꝝ duoꝝ oculoꝝ equi põt eẽ alter oculus. igit̃ alteꝝ oculũ habẽdo. tu nõ potes videre. pꝫ ꝯña. ab iferiori ad suũ superius cũ debita ꝯstãtia negatiõe postposita. Et ideo neqꝫ vtrũqꝫ oculũ habẽdo tu potes videre. neqꝫ neutꝝ oculũ habẽdo tu potes videre. sed alteꝝ oculũ habẽdo tu nõ potes videre. ⁊ alteꝝ oculũ habẽdo tu potes videre posito ꝙ habeas duos bonos oculos ex quoꝝ quolibet sufficiẽter videre possis. Et cõsequẽter cõcedendum est ꝙ vterqꝫ illoꝝ qui est sor. currit. ⁊ tamen solus sor. currit. demonstrato sor. ⁊ platonẽ quoꝝ solus sor. currat. qꝛ alter illoꝝ qui est sor. currit. ⁊ non est alter illorum qui est sor. non currens. igitur ⁊c̃.

Sed forte arguit̃ cõtra istũ modũ exponẽdi ꝓbãdo ꝙ nõ valet ꝯña ab exposita ad suas exponẽtes ⁊ ecõtra. qꝛ nõ seq̃tur aliq̃ ꝓpositio est ꝓpositio vera. ⁊ nihil est ꝓpositio. non ꝓpositio vera. igit̃ ois ꝓpositio est ꝓpõ vera. añs enim in casu est veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. posito. s. ꝙ a ꝓpõ que sit aliquid sit ois propositio vera. ⁊ sit. b. ꝓpositio falsa que nõ sit aliq̃d. põt enim eẽ ꝙ aliq̃ ꝓpõ nõ sit aliq̃d. puta mẽtalis. ⁊ ꝙ aliqua sit aliquid puta vocalis vel scripta sicut populus nõ est aliq̃d. qꝛ non est substãtia nec accñs nec ẽ corpus cũ nõ sit q̃ztitas ꝯtinua neqꝫ aial neqꝫ hõ. ⁊ nõ sint plures ꝓpõnes q̃ꝫ. a. ⁊. b. tunc patet antecedẽs fore veꝝ. et ꝯñs falsum. ¶ Itẽ nõ seq̃tur populus currit ⁊ nihil est populus nõ currẽs. igitur ois populus est currẽs. posito. n. ꝙ aliqs ppl'us currat ⁊ aliqs non. tũc añs est veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. qꝛ aliqs est populus nõ currẽs. ¶ Itẽ nõ seq̃tur. aliq̃ ꝓpõ vniuersalis affirmatiua de tertio adiacente est falsa. ⁊ nulla est ꝓpõ vniuersalis affirmatiua de t̃tio adiacẽte nõ falsa. igit̃ ois ꝓpõ vl'is affirmatiua de t̃tio adiacente est falsa. ⁊ tñ hic arguit̃ a copulatiua exponẽte ad expositã. igitur ⁊c̃. pꝫ ꝯña ⁊ minor. sed maior arguit̃. qꝛ posito ꝙ non sit aliq̃ ꝓpõ vl'is de tertio adiacẽte affirmatiua nisi ꝯñs. ⁊ añs formale ꝯñtie est añs veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. qꝛ se falsificat sic significãdo. ¶ Itẽ illa ꝯña nõ valet aial scis eẽ ⁊ nihil ẽ aial q̃n illud scias eẽ. igit̃ oẽ aial scis eẽ. ⁊ hic arguit̃ per regulã. igr̃ ⁊c̃. ꝯña pꝫ ⁊ minor: sed maior arguit̃ ponẽdo ꝙ oẽ aial qδ est aial scias eẽ. ⁊ ꝙ scias adã nõ eẽ tũc est añs istius ꝯñtie veꝝ. ⁊ ꝯñs falsum. s. omne aial scis eẽ. qꝛ aliqδ aial scis nõ eẽ. igit̃ aliqδ aial nõ scis esse. patet ꝯña. ⁊ arguit̃ añs. qꝛ tu scis hoc nõ eẽ demr̃ato adã. vt pono. igit̃ hoc scis non eẽ. pꝫ ꝯña satis ⁊ vltra hoc scis nõ eẽ. igr̃ aliqδ aial scis nõ eẽ. pꝫ ꝯña. ab iferiori ad suũ supi⁹ affirmatiue ⁊c̃. ¶ Itẽ arguit̃ ꝙ ab exposita ad illã copulatiuã exponẽtẽ nõ vꝫ ꝯña. qꝛ nõ seq̃t̃ q̃lislibet hõ currit. igr̃ δ aliq̃ spẽ q̃litatis hõ currit. ⁊ nulla ẽ spẽs q̃litatis de q̃ non hõ hñs currat. ⁊ hic arguit̃ ꝑ regulã. igit̃ ⁊c̃. pꝫ ꝯña. ⁊ maior arguit̃. qꝛ ꝯñs isti⁹ significat ꝙ de aliquo t̃mino specifico hõ hñs currit. cũ ois spẽs sit terminus: ideo ipertinẽs est illud ꝯñs illi antecedẽti.

Ideo dr̃ ad p̃mũ de v̉tute t̃mĩois ꝯcedẽdo ꝙ ab expositis sil'r sũptis ad suas exponẽtes ñ vꝫ ꝯña sic itelligẽdo ꝙ tales ꝯñe nõ valẽt aliqs hõ currit. null⁹ ẽ hõ ñ currẽs. igr̃ q̃libꝫ hõ currit. qꝛ illδ qδ ponit̃ ꝓ añte. neqꝫ ẽ veꝝ. neqꝫ falsũ. cũ nõ sit ꝓpõ. sꝫ si δbeat valere ꝯña oꝫ ponere copulationẽ sic. ꝙ arguat̃ a copulatiua q̃ nõ ẽ iste exponẽtes. sꝫ ẽ iste exponẽtes cũ illa copula. ⁊c̃. Et ꝑ eandẽ cãm nõ valẽt tales ꝯñe. ois hõ currit. sor. ẽ hõ. igit̃ sor. currit. ⁊c̃. ¶ Sꝫ ad formã argumẽti omissis v̉bis dr̃ negãdo illã ꝯñaꝫ aliq̃ ꝓpõ ẽ v̉a. ⁊ nihil ẽ ꝓpõ nõ ꝓpõ v̉a. igit̃ ois ꝓpõ est ꝓpõ vera. ⁊ dr̃ ꝙ ibi nõ arguit̃ a copulatiua exponẽte ad suã expositã. qꝛ ista negatiua exponẽs nõ bñ sumit̃ vñ ad sumẽdũ negatiuã exponẽtẽ taliũ vl'iuꝫ adhibẽda est diligẽtia vt sumãtur t̃mini p̃cise eq̃l'r supponẽtes ꝓ tot p̃cise ꝓ quot supponũt i exposita. ⁊ iõ sꝫ varios t̃minos ꝓ vna re vel multis supponẽtes i exposita oꝫ etiã varios t̃minos accipe i exponẽte negatiua. ⁊ iõ lꝫ illa ꝯña valeat aial currit. ⁊ nihil est aial nõ currẽs. igr̃ oẽ aial currit. tãq̃ꝫ a copulatiua exponẽte ad suã expositã tñ ista ꝯña. nõ valet ppl's currit. ⁊ nihil est ppl's nõ currẽs. igit̃ q̃libet ppl's currit. ⁊ hoc ẽ ꝓpt̃ varia significata illoꝝ t̃minoꝝ aial ⁊ ppl's. qꝛ ly aial ꝓ re aliq̃ supponit. sꝫ ly ppl's ꝓ nulla re supponit: sed ꝓ multis reb⁹ sil'r acceptis supponit. Et ideo illa quilibet pplus currit. sic exponenda

est populus currit: ⁊ nullus est populus non currens tenendo ly nõ currẽs nõ substãtiue. Uel sic accipiẽda est minor: nihil nec aliq̃ sunt populus nõ currentia. Unde lз bene sumat̃ ista negatiua. nullũ est aial nõ currẽs. respectu isti⁹. omne aial currit. nõ tamẽ bene sumit̃ ista. nullus ẽ populus nõ currẽs. tenẽdo ly currẽs substãtiue: q: ppl̃s neqз ẽ currẽs neqз nõ currẽs. Sз bene ẽ currentia vel nõ currẽtia sicͣ ppl̃s ñ ẽ hõ neqз nõ homo. ⁊ ita oĩo dicit̃ de ista. oĩs ꝓpositio ẽ v̾a. ¶ Ad aliud differtur solũ vsqз ad mãз isolubiliũ. ¶ Ad aliõ dicit̃ negãdo ꝯñãз aial scis eẽ. ⁊ nihil ẽ aial qꝺ nõ scias esse. igitur oẽ aial scis eẽ: q: minor non sumit̃ sicͣ dз sumi eo ꝙ in illa ꝓpositione. oẽ aial scis eẽ. distribuitur ly animal pro oĩ aiali qꝺ qs põt itelligere. iõ minor dз sic sumi. ⁊ nullũ ẽ aial qꝺ qs põt itelligere qꝺ nõ scias eẽ. ¶ Ad aliud cũ arguit̃ ꝙ illa ꝯñã nõ valet. q̃lislibet hõ currit. igit̃ de q̃libet spẽ q̃litatis hõ hñs currit. igit̃ ⁊cͣ. dr̃ negãdo ꝯñtiã nec ille sunt sue exponẽtes: q: ista q̃lislibet hõ currit. nõ significat ꝙ de qualibet spẽ q̃litatis hõ hñs currit. sз significat ꝙ q̃libet q̃litate alicui⁹ q̃lificati data hõ q̃lis ea dẽ qualitate specifice currit ⁊ sic exponatur ista. ⁊ patet solutio argumenti.

Sed occurrit dubiũ qꝺ sit subiectũ in talibus ꝓpõnibus ꝓ sui expositione habẽda cuiuslibet hoĩs asin⁹ currit. oĩs ꝓpõ vel ei⁹ cõtradictoria ẽ vera. nunqꝺ hoc totũ hoĩs asinus sit subiectũ in prima. ⁊ id. ꝓpositio vel ei⁹ cõtradictoria sit subm̃ in scꝺa. aliter eñi sumẽde sũt exponẽtes negatiue si totũ illud sit subiectũ q̃з si solũ vna ei⁹ pars. Et primo arguit̃ ꝙ subm̃ isti⁹ ꝓpositionis scripte. cuiuslibet hoĩs asinus currit. sit totũ hoc hoĩs asinus ⁊ nõ ly hoĩs solũ vt dici solet. solet eñi dici ꝙ i hac. cuiuslibet hoĩs asin⁹ currit. ly hoĩs ẽ subiectũ qꝺ pз reducẽdo ad rectũ sic qlibet hõ ẽ cui⁹ asin⁹ currit. Sз cõtra. q: illi⁹ scripte. cuiuslibet hoĩs asin⁹ currit. ẽ ly hoĩs ps ꝓpositiõis ⁊ nõ subз. q: nõ põt reddere suppositũ illi v̾bo ẽ. immo nulli⁹ verbi põt eẽ suppositum. Neqз ẽ pars p̃dicati neqз p̃dicatũ. igit̃ cũ iste terminus sit cathegorema ẽ pars subi ⁊cͣ. ¶ Itẽ li hõ nõ ẽ pars isti⁹ ꝓpõnis. cuiuslibet hominis asinus currit. igit̃ non ẽ subiectũ ei⁹. ¶ Itẽ in illa ꝓpõne. currẽs ẽ hoĩs asin⁹. hoc totũ ẽ predicatũ hoĩs asin⁹. igit̃ cõuertẽdo illꝺ totũ qꝺ ẽ predicatũ efficit̃ subiectũ. ⁊ per ꝯñs isti⁹ ꝓpositionis. hoĩs asinus ẽ currẽs. subiectũ ẽ illud. totũ hominis asin⁹. ¶ Itẽ i illa. tñ ver̃ ẽ ꝓpositio vel ei⁹ cõtradictoria. vtraqз pars illius disiũcti tenetur ex pte predicati ꝓpositio vel ei⁹ cõtradictoria. igit̃ in illa vl̃i. oĩs ꝓpositio vel ei⁹ cõtradictoria ẽ vera. vtraqз pars disiũcti se tenet ex parte subiecti. ¶ Item aliter sic. ista ꝯñã valet a cõuersa ad cõuertentẽ. sor. ẽ homo vel asinus. igr̃ hõ vel asinus ẽ sort. ⁊ in p̃ma vtraqз ps disiũcti se tenet ex parte p̃dicati. igit̃ i scꝺa ẽt se tenet ex parte subiecti. ¶ Sed forte dr̃ ꝙ ista nõ conuertit̃ sic: sз dз sic cõuerti. igitur qꝺ est homo vel asin⁹ ẽ sor. ¶ Sed cõtra. q: ista. hõ ẽ chymera vel homo. ꝯuertet̃ sic. igit̃ qꝺ ẽ chymera vel homo ẽ homo. sed ꝯñs est falsuз. q: seqtur. qꝺ ẽ chymera vel hõ ẽ hõ. igr̃ chymera vel hõ ẽ hõ. ꝯñs falsũ. q: seqtur chymera vel homo ẽ hõ. igitur chymera ẽ ens qꝺ vel hõ ẽ hõ. ꝯñs falsum. ⁊ tenet ꝯñã per positionẽ que tamẽ ꝯñã apud veritatẽ nõ valet cuз sit illa vera. chymera vel hõ ẽ hõ: q: oẽ qꝺ ẽ chymera vel hõ est hõ. iõ chymera vel hõ est hõ. ⁊ etiaз q: hõ ẽ hõ. igit̃ chymera vel hõ ẽ homo a pte disiũcti ad totuз sine ipedimẽto. ¶ Iteз in illa. asinus currit. ly asinus ẽ subiectũ ⁊ regit̃ a parte ante ab illo verbo currit: sed ꝓpter appositionẽ istius obliq̃ hominis non variat̃ dependentia istius verbi currit ad illud nomen asinus: q: ly hominis non regit̃ ab illo verbo currit. igitur sequit̃ ꝙ ly asinus adhuc regit̃ a parte ante ab isto verbo currit. Alia argumẽta ꝓ ista parte adduci possent ex fũdamentis speculatiue grãmatice: sed q: illa nõ facilr̃ itelligerent̃ sine lõga disgressione iõ relinquant̃.

Oppositum tamẽ arguit̃. q: dato ꝙ totuз illud sit subm̃ hoĩs asinus in ista hoĩs asinus currit seqtur ꝙ totum illud possit distribui. ⁊ tũc seqtur ꝙ aliq̃ est vl̃is falsa cuius q̃libз singularis ẽ vera ⁊ cuilibet supposito subi correspõdet vna singularis ꝯñs est falsũ ⁊ ꝯñã arguitur. q: ista vl̃is ẽ falsa. oĩs ꝓpositio vel ei⁹ cõtradictoria ẽ vera dato ꝙ hoc totũ disiũctũ sit subiectũ ⁊ dato ꝙ q̃libet ꝓpõ habeat contradictorium. ⁊ tamen quelibet eius singularis est vera scilicet ista propositio vel eius contradictoria est vera. ⁊ sic de alijs.

Ad dubium rñdetur ipñi concedendo intelligendo ꝙ in ista propõne oĩs ꝓpositio vel eius contradictoria ẽ vera. vtraqз ps disiuncti se tenet ex pte subiecti lз illius propositionis totum illud nõ sit subiectũ ꝓpositio vel eius ꝯtradictoria: q: ly vel ñ ẽ pars extremi. ¶ Ad argumẽtũ cuз arguit̃. q: ñc alicui⁹ vl̃is false affirmatiue q̃lз singularis foret vera cũ hoc ꝙ cuilibet supposito subi corrñdet vna singularis. dr̃ ꝯcedendo illud ꝯñs q̃зuis non sequat̃ ex dubio vt pз de tali. icipit vtrũqз illoꝝ eẽ veꝝ. demõstrãdo duas ꝓpõnes quaꝝ vna icipiat ⁊ desinat eẽ vera ⁊ alia icipiat per remotionẽ. Silr̃ de illa incipit oĩs hõ eẽ sor. posito ꝙ sor. icipiat eẽ oĩs homo ⁊ sit ⁊ fuerit añ sor. ⁊ ꝺ illa incipit oĩs asinus currere posito ꝙ iã sint tres asini ⁊ nõ plẽs q currãt ⁊ cucurrerit per horã imediatã huic istanti ⁊ desinat eẽ per remotionẽ de p̃nti c. asinus q nõ imediate ante hoc currebat tũc pз ꝙ illa vl̃is est v̾a icipit oĩs asinus currere. ⁊ q̃lз singularis ẽ falsa. in illo eñi casu icepit oĩs asinus currere lз nullus asin⁹ icipiat currere: sз aliqs desinat currere. sed tamen ad argumentũ dr̃ negando ꝯñam cũ ifertur illa cõclusio cõcessa ex dubio. Et ad ꝓbationẽ cũ arguitur ꝙ illa ẽ falsa. oĩs ꝓpõ vel eius cõtradictoria ẽ v̾a. posito ꝙ oĩs ꝓpõ hẽat ꝯdictoriũ. dr̃ cõcedendo. sed dr̃ vlterius ꝙ nulla talis ẽ sua singularis. illa ꝓpõ vel eius ꝯdictoria ẽ v̾a: q: q̃lз talis ẽ idefinita: sз sue singulares sunt iste. illa que ẽ ꝓpositio vel eius ꝯdictoria ẽ vera. demõstrãdo gratia exẽpli istã nullus deus ẽ: ⁊ pз ꝙ illa singularis ẽ falsa sicut ⁊ multe alie discurrẽdo tã per propositiones veras q̃з falsas. ¶ Sed forte ꝯtra hoc arguitur ꝓbando adhuc ꝙ aliq̃ vniuersalis in casu est vera. puta. illa cuiuslibet hominis asinus currit. in quo casu multe eius singulares sũt false ponendo ꝙ quilibet asinus qui est alicuius hominis currat. Sed sit aliquis homo: qui non habeat asinum puta fortes. ⁊ sequitur ꝙ aliqua singularis istius est falsa. cuiuslibet hominis asinus currit: quia ista

istius hominis ille asinus currit demonstrãdo soꝛ. ⁊ ali
quem asinum. ⁊ tamen ista vniuersalis est vera. qꝛ ipsa
conuertitur cum ista. quilibet asinus hominis currit q̄
est vera: vt pꝫ exponendo. igitur ipsa est vera. pꝫ conse-
quentia: ⁊ arguitur antecedens. qꝛ ꝯtrarie istarũ ꝓpo
sitionum inuicem ꝯuertuntur. igitur ⁊ illa conuertunt̃
pꝫ ꝯña ⁊ antecedens. qꝛ iste cõuertuntur. nullius homi
nis asinꝰ currit. ⁊ nullus asinus hoīs currit. ¶ Item in
isto casu ista est falsa. alicuius hominis asinus non cur
rit. qꝛ seq̄tur alicuius hominis asinus nõ currit. igitur
asinus alicuius hominis non currit. ꝯsequens falsũ ex
casu. qꝛ qlibet asinus alicuius hominis currit. ⁊ conse-
quentia arguitur. qꝛ subiecta istarum ꝓpositionũ ꝯuer
tunt̃: ⁊ ꝓ eisdẽ precise supponunt ⁊ alia sunt paria ⁊ cõ
uertibilia. igitur ⁊ iste ꝓpositiones conuertuntur. sicut ⁊
iste asinꝰ hominis currit: ⁊ hominis asinus currit. Uel
presupponatur priꝰ ꝙ non refert dicere hominis asinꝰ
⁊ asinꝰ hominis vbicũqꝫ ponatur sine distributione.
¶ Item tm̃ currens est hominis asinꝰ. ponatur enĩ cũ
toto casu ꝙ nihil currat nisi hoīs asinus. tunc tm̃ cur
rens est hoīs asinus. igitur cuiuslibꝫ hoīs asinus ẽ
currens: tꝫ conseq̄ntia ab exclusiua ad vniuersalem de
terminis transpositis. ⁊ antecedens est verũ. igit̃ ⁊ conse
quens. ¶ Item iste exclusiue conuertunt̃. tm̃ currens ẽ
hominis asinus. ⁊ tm̃ currens est asinꝰ hominis: ⁊ iste
sunt sue vniuersales sic significando. s. qlibꝫ asinus ho-
minis est currens: ⁊ cuiuslibet hoīs asinus est currẽs.
igitur ⁊ iste vniuersales conuertũtur: sed vna illarum ẽ
vera in dicto casu. igitur ⁊ vtraqꝫ. ¶ Item hoīs asi-
nus currit. ⁊ nihil ẽ hominis asinus non currens. igi-
tur cuiuslibꝫ hominis asinꝰ currit. pꝫ conseq̄ntia per re
gulam datam de expositione vniuersalis affirmatiue:
⁊ antecedens ẽ verũ. igit̃ ⁊ consequens. ¶ Item q̄libꝫ sin
gularis istius vniuersalis. cuiuslibꝫ hominis asinus cur
rit. seq̄tur ex aliqua singulari istius. qlibꝫ asinus hoīs
currit ⁊ econuerso. ⁊ cuilibꝫ supposito subiecti alicuius
istorum correspondet aliqua singularis. igitur vna vni-
uersalis istoꝝ seq̄tur ad aliam ⁊ econtra. Si conceditur
conseq̄ntia, ꝓbat̃ antecedens ponendo ꝙ qlibꝫ hõ ha-
beat asinũ currẽtem ⁊ nullũ q̇escẽtem. tũc pꝫ ꝙ tot sunt
singulares vniꝰ istaꝝ vniuersalium quot alteriꝰ se forma
liter in ꝯñtia bona iferentes: qꝛ bene seq̄tur. istiꝰ hoīs
iste asinꝰ currit. igit̃ iste asinus hominis currit. similiter
seq̄t̃ econuerso. vt pꝫ. ¶ Item indefinite istaꝝ vniuersa
lium conuertũtur. igit̃ ⁊ iste vniuersales conuertuntur.
pꝫ cõseq̄ntia. ⁊ arguit̃ antecedẽs. qꝛ iste conuertunt̃ asi
nus hoīs currit: ⁊ hoīs asinus currit. Ideo forte di
citur. sicut argumẽta petũt ꝙ iste conuertunt̃ i dato ca
su: ⁊ vtraqꝫ est vera. Sed contra. alicuius hominis asi-
nus non currit. igit̃ non cuiuslibet hominis asinꝰ cur-
rit. conseq̄ntia pꝫ ex positione. ⁊ antecedẽs arguitur. qꝛ
fortis asinus non currit ⁊ fortes est aliquis homo. igitur
alicuiꝰ hominis asinꝰ non currit. ¶ Item alicuiꝰ homi
nis nullꝰ asinꝰ ẽ. igit̃ alicuiꝰ hoīs nullus asinꝰ currit.
Item si cuiuslibꝫ hoīs asinꝰ currit ⁊ soꝛ. ẽ homo. igit̃
fortis asinus currit. Item iste exclusiue: tm̃ hoīs asinꝰ
currit: ⁊ tm̃ asinꝰ hoīs currit. non sunt conuertibiles.
igit̃ ⁊ iste vniuersales qlibꝫ asinus hominis currit: ⁊ cu
iuslibꝫ hoīs asinꝰ currit. nõ sunt conuertibiles sic signi-
ficando. pꝫ cõseq̄ntia ex ꝯũsione. ⁊ arguit̃ antecedẽs po
nẽdo ꝙ solus fortes habeat asinũ currentẽ: sed cũ hoc
currunt alia aīalia. ⁊ pꝫ ꝙ illa est falsa. tm̃ asinꝰ hoīs
currit. ⁊ ista ẽ vera. tm̃ hoīs asinꝰ currit. qꝛ hoīs asi
nus currit: ⁊ nulliꝰ non hoīs asinus currit. igitur tm̃
hoīs asinꝰ currit. pꝫ ꝯseq̄ntia ab exponẽtibꝰ ad expo-
sitam: cuiꝰ antecedens in casu est verũ. ergo ⁊ ꝯseq̄ns.
Itẽ soliꝰ soꝛ. asinus currit. igit̃ tm̃ soꝛ. asinꝰ currit. patꝫ
ꝯseq̄ntia. ⁊ añs. qꝛ fortis asinus currit. ⁊ nullius nõ soꝛ.
asinꝰ currit. igit̃ soliꝰ fortis asinꝰ currit. pꝫ cõseq̄ntia per
exponẽtes illius termini solius. Sed adhuc dr̃ vt prius
negando istam cõclusionẽ illatã seq ex dcis cũ casu po
sito: ⁊ vlteriꝰ dr̃ ꝙ iste conuertũtur. cuiuslibꝫ hoīs asi
nus currit. ⁊ qlibꝫ asinus hoīs currit. ⁊ termini ita sup
ponũt in vna sicut in alia. Et vlteriꝰ dr̃ ꝙ ista. cuiuslibꝫ
hoīs asinus currit non habꝫ singularẽ aliq̄ꝫ: nisi istã
in qua demõstratur homo habens asinum saltem si su
mãtur singulares de ꝓnomine demonstratiuo. vñ sue
singulares sunt tales iste q ẽ asinꝰ hoīs currit: aut sic.
hoc qḋ ẽ hoīs asinꝰ currit. iḋ in ista istius hoīs ille
asinus currit demonstrato homine nõ habẽte asinum
per ly istius: ⁊ aliquo asino per ly iste non ẽ singularis
illius: nisi i voce. ⁊ nõ i significatione. ideo nõ ꝓcedit ar-
gumentũ. vnde sicut cõceditur ista in illo casu cuiuslibꝫ
hoīs asinus currit. ita cõcedendũ ẽ in casu aliquo ꝙ
cuiuslibꝫ hominis brunellus currit. ⁊ tamen solius for
tis brunellus currit. ⁊ cũ hoc tamen plato ẽ homo cuiꝰ
brunellus non currit. pꝫ hoc posito ꝙ solꝰ soꝛ. hẽat bru
nellũ currentẽ. ⁊ plato habeat asinum q̇escentẽ tm̃. tũc
prima pars illa. s. cuiuslibꝫ hominis brunellus ẽ asinus
currens in dato casu vera ẽ exponendo illam. vt ꝓ pri-
us: ⁊ cũ hoc tamen stat ꝙ solius fortis brunellus sit asi
nus currens. ¶ Uerũtamen ad ꝓbandum ꝙ iste vni-
uersales conuertantur fiebat conseq̄ntia: q̄ non valet q̄
arguebat̃ illas vniuersales conuerti per hoc ꝙ illarũ
singulares conuerterent̃. dicit̃ enim ꝙ non valet conse
quentia. licꝫ tamẽ iste vniuersales ꝯuertant̃. Unde non
valet illa forma a. ⁊. b. vniuersales ꝯuertunt̃: ⁊ cuilibet
supposito subi vtriusqꝫ eaꝝ corñdet vna singularis. igit̃
singulares illaꝝ ꝯuertunt̃. vt pꝫ i dcõ casu: neqꝫ seq̄t̃ eꝯ
singulares a vniuersalis ⁊. b. vl̃is cõuertũtur sic ꝙ q̄li-
bꝫ singularis a seq̄t̃ ex aliq̄ singulari. b. ⁊ ecõtra. ⁊ vtri-
usqꝫ vniuersalis cuilibꝫ supposito subiecti correspondet
vna singularis. igit̃ ille vl̃es cõuertunt̃: aut ex vna seq̄t̃
alia. eꝯ pꝫ totũ hoc ḋ istis vl̃ibꝰ. oīs hõ q ẽ albꝰ currit: ⁊
oīs hõ currit. q ẽ albꝰ. posito. n. ꝙ oīs hõ sit albus. tunc
tot singulares ꝑcise hꝫ vna: sic alia: dato ꝙ cuilibꝫ sup
posito subi illaꝝ corñdet vna singularis. pꝫ tũc ꝓposi-
tũ. Et tũc ad argumñta qñ ar̃ ꝙ nõ cuiuslibꝫ hoīs asi
nus currit qꝛ fortis asinus non currit ⁊ soꝛ. ẽ aliqs ho-
mo. igitur alicuius hominis asinus non currit. negatur
conseq̄ntia. Et si dicatur ꝙ arguit̃ ab iferioꝛi ad suũ su
perius cũ ꝯstãtia subiecti. dꝛ ꝙ non bene sumit̃ con-
stantia. debꝫ enĩ sũmi constantia totalis extremi vt sic
arguendo. soꝛ. asinus non currit. ⁊ soꝛ. asinus est hoīs
asinus. igitur hominis asinus non currit. sed minoꝛ est
falsa. Ad aliam formam dꝛ ẽt negando conseq̄ntiã cũ
arguitur sic. cuiuslibꝫ hoīs asinꝰ currit. ⁊ soꝛ. ẽ hõ. igit̃
soꝛ. asinus currit. negatur ꝯsequentia. qꝛ lꝫ arguatur a

superiori distributo nō tamē sumit̄ cōstantia totalis extremi sed debet sumi minor sic. sor. asinus est alicuius hominis asinus ad cōcludendā illā. sortis asinus currit cū maiori. ¶ Ad aliud negat̄ illud añs. alicuius hois nullus asinus est. in casu dato. q2 in dicto casu cuiuslibet hominis quilibet asinus est. ¶ Ad aliud cōcedit̄ ꝙ iste exclusiue conuertunt̄. ⁊ negat̄ ꝙ illa tantū hois asinus currit. sit vera. debet enim sic exponi. nihil ꝙ nō sit hominis asinus currit. ⁊ qñ arguit̄ ꝙ tantū hois asinus currit. quia solius sortis asinus currit. dicitur negādo añs ⁊ negatur argumentum illud concludens quia non exponitur illo modo.

¶ De probatione propositionis exclusiue.



